Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25955
Copyright: Admont, Benediktinerstift

solum desiderando cogitamus. Hic recta tripartitus ordo dimissionis. via nobis quodam aptae perfectionis. ut homo qui de virtute in virtutem ire desiderat. his addiscat ubis. quomodo adipisci ipsam perfectionem valeat. Nam sicut superius diximus. ni solum salvator noster corporaliter tunc discipulis suis loquens. his ubis admonuit. sed etiam eisdem ubis spiritaliter loquens cotidie nos instruit. Videlicet mentem vigilare et orare. idem videlicet quae recta sint intelligendo. vigilare quae bona sunt agendo. orare caelestia desiderando. Cur autem tantopere videlicet vigilare et orare nos oporteat. ubis mox sequentibus aperte manifestat. Nescitis enim inquit quando tempus sit. Tempus nostrum est. cum aliqua divina visitatione ad nos intra nos reducimur. et aut de peccatis praevis opibus compungimur. aut de caelestis visione delectamur. Ergo qua nescimus quando tempus sit visitationis tantae oportet nos semper vigilare et orare. hoc est vigilantem studio ad tantae visitationis gratiam cordis penetralia praparare. Et quomodo vigilare. quomodo orare debeamus. dignae imitationis proponens exemplum. ait in consequentibus. Sicut homo qui peregre profectus. reliquit domum suam. Ecce homo iste ad cuius imitationis exemplum in his lectionis evangelicae ubis dominus nos informat. ipse conditor universae mediator inquam dei et hominum. dei et homo. quae causa redemptionis humanae. homo dignatus est fieri. Hic quantae nobilitatis homo. quae factus est nobis adeo patet iustitia. exhortatur nos ut sequamur ea vestigia. ut videlicet virtutes quas ipse plenarie possidebat. nos ei eloci exemplo imitari studeamus. Quis unquam mortalium similis ei fieri potuit. vel poterit per laudabilis vitae meritum. Quis inquam auctorum scilicet mundiciae castitatis et patientiae. equali virtutum praerogativa. assimilari posset in hac mortali vita. Nullus omnino. nullus recta homo natus de muliere. ei assimilari poterit qui sine peccati conceptus est et natus contagione. Sed in his virtutum exercitiis. sequi debemus